

de origine Pacis Brunsiac. e geste Romana
Actionum.

Hn
3099

AVGVSTVM CONNVBIVM
SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
F R I D E R I C I

MARGGRAVII BRANDENBURGICI
BORVSSIAE SILESIAE MAGDEBURGI CLIVIAE IVLIACI
MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBORVM VANDALORVM
MEGAPOLEOS ET CROSSAE DVCS BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS
PRINCIPIS HALBERSTADIENSIS MINDENSIS CAMINIENSIS VANDALORVM
SVERINI RACEBURGI ET MVRSSI COMITIS HOHENZOLLERAЕ
GLAZAE MARCAE RAVENSBURGAE ET SVERINI TERRARVM RAVENSTEIN-
NENSIS ROSTOCHIENSIS ET STARGARDIENSIS DYNASTAE RELIQVA
CIRCVLII FRANCONICI SVPREMI CAMPIMARSCHALLI AC TRIVM
LEGIONVM EQVESTRIVM AC FEDESTRIVM PRAEFECTI

PATRIAE PATRIS INDVLGENTISSIMI

CVM

SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA
DOMINA
SOPHIA CAROLINA
MARIA

DUCE BRVNSVICENSE GVELFERBYTANA &c.

DIE XX SEPTEMBRIS N D CC LIX

FELICISSIME BRVNSVIGAE

INITVM

SIMVLQVE DIEM NATALEM

MATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMAE

PRIMVN NOBIS DIE VII OCTOBRIS

OMINE FAUSTO ILLVCESCENTEM

COLLEGIVM CHRISTIAN-ERNESTINVM

DIE VIII OCTOBRIS

CONGRATVLATVR


INTERPRETE

M. IOANNE PVRRVCKER

P. P.

Baruthi litteris Friderici Eliae Dietzelii
Aulae, Cancellariae et illustris Collegii Christian-Ernestini typographi.





Si illustribus familiis non parum conciliat ornamenti antiquum genus, ut a remotissimorum temporum memoria possint suam repetere originem; Longe profecto colludent fulgentiore sidere, cum virtutum splendor fumosas illuminat imagines. Vetustas enim stemmatis maiorum gloria et excelsi animi documentis corroborata, mira solet hominum pectora dulcedine perfundere. Ipsa enim longinquitas temporis per se iam est venerabilis, sed cum ad eam aqui rectique decus accedit, maiori censetur digna honore. Germania prae caeteris Europea partibus hac eminere videtur praerogativa, vt celsissimas principum domos, non saecula et anni tantum, sed et virtus et gloria commendent. Serenissimum Brunsvicensium ducum res gestae eorumque ultima stirps, si qua nobis decessent exempla, lueulentissime id illustraret. Omnes enim in hoc conuenient historici: Serenissimum ducum Brunsvicensium domum illustris et ultimae stirpis esse. Peucerus in chronico Cariosis vincit: Estenses vetutissimae esse originis Marchiones et in Germania duces Brunsvicenses et Lungeburgenses ex Welpho Azonis filio, qui Bauariam obtinuit, ortum trahere suum. Alii longe antiquius huius splendidae familiae ascribunt principium. Sunt enim, qui hanc illustrem gentem ab Aetiorum familia, quae Romuli floruit temporibus descendere, dicunt. Peucerus, de quo ante mentionem inieci vult: Atestinam domum adeoque et Brunsvicensem ex Longobardorum veterum natam sanguine illustri et numerosa serie tandem Azone patre ex Clementia Welphi Bauarici filia condidisse clarissimas duas familias. Cum autem prius, quam Longobardi Italiae fines inuaderent, Aetii praeclare rebus gestis inclariuerint; satius erit a partibus stare illorum, qui contendunt, ab Roma iam condita et auctoritate et opibus Aetiorum viguisse familiam. Longo deinde temporis tractu concessit haec Aetiorum gens eas habitatum oras, quas hodienum Veneti obtinent. Memoria in primis ex hac stirpe Caius Aetius de Este dignus videatur, quoniam filius eiusdem nominis rei militaris sic fuit peritus, vt totius hac arte facile primus haberetur Italiae. Barbaras gentes eo tempore Italiae terras maxime multitudine inundasse, veteres migrare iussisse colonos, quod deinceps cruenta excitauit bella, nemo ignorat, nisi qui omnium est rudis litterarum. Acerbo hoc fato Italiae regiones anno trecentesimo nonagesimo recuperata salute vexabantur, cum Visigothi Alarico duce, infectis peterent Italiam signis.

signis. Cuius Actii opera in bello, quod Honorius Caesar cum Alarico de principatu
cessit, tanti aestimabatur, ut ob praecellere Honorio praefixa officia, Quatuorviri,
Decurionis et Senatoris Romae dignitate ornatus esset. Defaeciente hoc Viligothorum
furore, alia tempestas bellum exoriebat priori longe calamitosissima. Non enim multo
post Herulorum turba tentauit stabilem sibi in Italia sedem erigere, sed cum prin-
ceps Estensis eos aggredieretur, tantam acceperunt plagam, ut ducentis millibus bar-
barorum caesis, reliqui fui fugati sint. Nisi medio victoriarum cursu Actius mortali-
tati creptus fuisset; maiora fortitudinis potuisset monumenta. Iacturam, quam
in hoc principe Italia fecit, generosus filius Forestus compensauit. Hic enim trium
fratrum, quos parens reliquit, minimus non stirpem propagauit modo, sed etiam
adolescens fortissimi parentis omni data occasione, presit vestigia. Nam acri praelio,
quod Romani cum Attila in campis catalaunicis commiserunt, maximam victoriae
partem de Attila deportatae sibi Forestus omni iure vindicare potuit. Cum hic sat
gloriae, satis sibi vixisset, anno quadringentesimo quinquagesimo tertio diem obiit
superum, uno tantum superstite filio, quem Acharinum appellant historici. Tunc
temporis Odoacer Herulorum tyrannus Italiam maximis fecit depopulationes adeoque
et Acharini deuastauit haeredita, quas quidem pro hostium insultibus defendere studuit,
sed tam infelici euentu, ut in pugna prope Lodos inita, multitudine hostili oppresus
vitam omni laude dignissimam posuerit. Post Acharini obitum facilissimi fuit negoti,
ut Odoacer imperio Romano occidentem spectanti finem imponeret. Erat enim
propter crebras hostium incursiones omnibus exhaustum facultatibus. Acharinus
filium habuit Azonem I, qui et iam paternis bonis priuabatur ab Herulis, quare
coactus est se ad Theodonenem Bauariae dicem conferre, cuius auxilio vniueritas, quas
perdidit paucorum lapsu annorum in siam redigit potestatem, prouincias, quin imo
auxisset easdem, nisi subito corruptus morbo decollatus, quod factum quingentesimo
tricesimo octauo post Christum natum, annales testantur. Azoni liberis orbato suc-
cessit Tiberius Aurelius Actius vnicus filius, qui haereditatis iure Atestinam, Vincenzam
et Feltram adit. Nihil memorati dignum hoc regnante accidit. Reliquit nepotem,
cui Maximus erat nomen. Ostgothorum principatus in Italia ad finem properauit eo
tempore. Domui Atestinae ademtas omnes restituimus Maximus. Huic
filius nomine Bonifacius idea in literarum vivit monumentis, quoniam illius tribuitur
virtuti, ut Ostgothorum reliquiae in finibus Italicae extirparentur. Iustinianus enim
primus imperii Orientalis imperator deleturus Ostgothos misit Narset, cui se Bonifa-
cius iunxit et quingentesimo quinquagesimo quarto tanta adiutus felicitate cum hosti-
bus pugnauit, ut ipse rex Totilas, innumeris suis interfectis, vita priuaretur. Teias
Totilam excipiens non mitiore vtebatur fortuna. Est enim alio, quod cum Bonifacio
initi, praelio vita et regno exutus. Valerianus post patris obitum coepit regere pro-
uincias, quae nondum sub moderamine orientalium caesarum frui poterant dulcedine
pacis. Narset, quem in bello aduersus Ostgothos ubique comitabantur felicitas, ab
imperatrice Iustini coniuge iussus est ad penitus Constantinopolim redire Italia, qua
contumelia affectus sic excanduit ira, ut responderet: se telam exordiri, quam superba
non posset pertexere mulier. Suis etiam stetit promissis. Narset enim Longobardos
inuitauit, qui diu Italiae vexarunt regiones. Valerianus itaque solus Longobardorum
armis sua opposuit, quippe cui nihil antiquius fuit, quam patriae libertas, pro qua
nullus dubitauit vitam profundere, cecidit enim fortiter pugnans in proelio cum Lon-
gobardis habitu. Valeriani filius Aldoratus fuit, qui orbus liberis Gundelhardum
Germanum fratrem habuit successorem, virum qui omnium de se superauit opinio-
nem. Nam egregius animi doribus instructus, iustitiae fama florens et rem militarem
adprime doctus eam sibi comparauit gloriam, ut Dagoberti primi Francorum
regis dextra manus esset nuncupatus. Gundelhardo erant duo filii nati, Aldoradus et He-
bertus. Aldoradi progenies in nepote istius extincta est, quam ob rem Heribertus
natus secundus Gundelhardi filius duodecim annos Atestinam domus laudabiliter rexit
ditio-

FK Th 3099

X 36 86 478

ditionem, quem unicus filius sequebatur Ernestus nomine. Non diu hic erat in viuis. Rauennae a Luitprando obfessae sexto decimo Longobardorum rege telo persoſſus perire, Henricum reliquens, qui post patris mortem Ateſtinum accepit agrum et propter maiorum in patriam merita a Carolo magno Trauifina regione donatus et praeterea id aſſectus eſt, vt domus celfiſſima Ateſtina Marggrauiatus titulo insigniret. Berengarius Ernesti haeres fuit, ad quem paternae poſſeſſiones deferabantur. Iam ab adolescentia prima, indole haud vulgari, morum eleganſia in ſe conuerſit oculos, cum quibus in aula caesaris Caroli magni verſabatur. Multi ergo prudentiores, qui ex iphis adolescentiae meditamentis iudicarunt, qualis futurus eſſet, ſua non ſunt decepti opinione. Post deceſſum Caroli mox inter Bernhardum Pipini filium, quem imperator teſtamento Italiae ſcriperat regem, et Ludouicūm Caroli minorem filium atrox mouebatur controuerſia. Ludouicūs eodem in teſtamento coniuius erat Romanorum imperator. Aegre tulit id Bernhardus, ipſi enim ſibi diadema voluit imponeſſe. In eo iam fuit, vt res armorum vitraderetur diuidicanda, ni eam Berengarius flexiſſer, vt omnis contentio per amicabilem compositionem ſedata eſſet. Ex quo tempore Berengari laus, gloria et auſtoritas mirum in modum circuit. Habit hic princeps laudabilis tres filios, quorum natu vltimus Otto propagauit ſirpeſſ. Auctis mirifice ab hoc paternis bonis, vita deceſſit Hunibertum filium reliquens ſuccesſorem. Sed et hic ciuium deſideratiſſimus princeps vix cum regere coepiſſet principatum, naturas debitum ſoluit. Ottoni tres fuerunt filii, Hugo, Azo tertius et Siegfried, quorum primus ab Ottone Caſare Mediolanensem, Monferratenſem Pedemontanum et Genuensem in clientelam accepit ducatus. Frater Hugonis erat Azo tertius, cuius liberi fine prole maſcula deceſſerunt. Sigfried fratribus corumque liberis ſuperstes Luçcam et Parman domui Ateſtinæ addidit. Auctius Sigfriedo natus Placentiam territorio auctio adiecit. Theobaldus tum et Albertus patris fuerunt haeredes, Theobaldi filius, quem historici Bonifacium nominant, diuini terminos protulit, Mantuam ac Mediolanum adjungens. Albertus Azonis II filius prole Bonifacii exſtincta poſſedit Marggrauiatum Eſtentum, qui caesaris Ottonis fecundi foſorem Adelheid duxit vxorem, ex quo matrimonio in Alberti venerunt potestate multae in Italia vibes et in Germania nobilissimum Friburgum. Posuit iam celfiſſima domus Eſtentis, a qua ſereniſſimi proficiuntur duces Brunſuicenses, anno millesimo centeſimo decimo quinto firmiſſima in Germaniae finibus ampliſſimaruſ prouinciarum fundamenta, quea domus potentiſſima teris non vnum, ſed plures dedit principes, duces reges. Quidni laetabimur, ex hoc vetuiffimo ſtemmate ex tam illiſtri fanguine diuinam prouidentiam refraueſte noſtro Serenissimo Principi regnanti FRIDERICO coniugem omnibus condecoratam virtutibus. Brandenburgica et Brunſuicensis domus, quea ſumma vtriusque ſubditorum voluptas eſt, arctiori denuo copulatur vinculo. Hinc, Aula, templa, proceres et artium domicilia laxant hodie laetitia animos. Ac non tantum Auguſti connubii Brunſuigae celebrati felicime et natalitorum recolunt memoriam; ſed quoque ardentiſſima fundunt et ſoluent pro Parentum patrie clementiſſimorum incolumente, vita, ſalute, vota. Collegium Christian-Ernestinum publici huius gaudii fit particeps, iuſſus ſum id exponere, quod munus obiō, cum oratione panegyri de Heroibus ex ſereniſſima domo Brunſuicensium ducim dixerō. Vos Maecenates, Patronos, omni qua par eſt animi demiſſione, obſequio, vt huic ne didegnemini intereſſe actui, rogo oroque.

P. P. Dominica XVII post Trinitatis.

Wol

me

De origine Pacium Brunfuc. e genere Romana
Aetionum.

II n
3099

AVGVSTVM CONNVBIVM
SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
F R I D E R I C I
MARGGRAVII BRANDENBURGICI
BORVSSIAE SILESIAE MAGDEBURGI CLIVIAE IVLIACI
MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBIORVM VANDALORVM
MEGAPOLEOS ET CROSSAE DVCS BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS
PRINCIPIS HALBERSTADIENSIS MINDENSIS CAMINIENSIS VANDALORVM
SVERINI RACEBVRCI ET MVRSII COMITIS HOHENZOLLERAE
GLAZAE MARCAE RAVENSBERGAE ET SVERIN TERRARVM RAVENSTEIN
NENSIS ROSTOCHIENSIS ET STARGARDIENSIS DYNASTAE RELIQUA
CIRCVLJ FRANCONICI SVPREMI CAMPIMARSCHALLI AC TRIVM
LEGIONVM EQVESTRIVM AC FEDESTRIVM PRAEFECTI
PATRIAE PATRIS INDVLGENTISSIMI
CVM
SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA
DOMINA
SOPHIA CAROLINA
M A R I A

DVCE BRVNSVICENSE GVELFERBYTANA &c.
DIE XX SEPTEMBRIS M D CC LIX
FELICISSIME BRVNSVIGAE

INITVM
SIMVLQVE DIEM NATALEM

MATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMAE

PRIMVM NOBIS DIE VII OCTOBRIS
OMINE FAVSTO ILLVCESCENTEM

COLLEGIVM CHRISTIAN-ERNESTINVM

DIE VIII OCTOBRIS
CONGRATVLATVR

INTERPRETE

M. IOANNE PVRRVCKER
P. P.

Baruthi literis Friderici Eliae Dietzelii
Aulac, Cancellariae et illustris Collegii Christian-Ernestini typographi.

